Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

89

bernaculum suũ ubi habitauit inhomini
bus. Et tradidit in captiuitatẽ uirtutem
eorũ: et pulchritudinem eorũ in manus ini
mici. Et conclusit in gladio ꝑplm suum:
et hereditatem suam spreuit. Iuuenes
eorũ comedit ignis: et uirgines eorũ nõ sunt
lamentate. Sacerdotes eorũ in gladio
ceciderunt: et uidue eorũ nõ ploraburtur.
Et exercitatus est tamquam dormiens dñs:
tamquam potens crapulatus a uino. Et
percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium
sempiternũ dedit illis. Et repu
lit tabernaculũ ioseph: et tribum ephrem
non elegit. Sed elegit tribum iuda: mon
tem syon quem dilexit. Et edificauit
sicut unicornium sanctificium suũ: in terra
quam fundauit in secula. Et elegit da
uid seruum suum et sustulit eum de greg
ibus ouium: de postfetantes accepit eum.